



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

Molina, Luis de

Lugduni, 1622

Articvlvs III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73915)

Simpliciter, atque adeo cætera attributa: relationes vero quia, ut relationes præcisæ sunt, non habent quod sit perfectiones, ut quæst. 42. est ostendendum, neque est necesse, ut sint de intrinseca ratione essentia, neque ut essentia & attributa sint de intrinseca ratione earum. Accedit, quod attributa non contrahunt essentiam, sed æquè latè patet ac illa: relationes vero eam contrahunt: contrahens autem esse nequit de intrinseca ratione contrahiti, aut è contrario: fin minus, antequam contrahi intelligetur, est iam contractum.

Ad tertium concessa maiori, & minori, neganda est consequentia. Maior namque identitas inter relationem & essentiam coniuncta est cum distinctione virtuali: quæ nihil tollit de simplicitate suppositi ex utraque constituti, & tamen sufficit, ut neutra sit de intrinseca ratione alterius.

ARTICULUS III.

Vtrum relationes, quæ sunt in Deo ad inuicem distinguantur realiter.

DISPUTATIO I.

Seneca qua-
fiam.

QVESTIO hæc non petit vniuersim vtrum omnis relatio realis existens in Deo à quacumque alia existente in Deo distinguitur re, sed indefinitè. Vtrum inter relationes reales, quæ sunt in Deo, datur distinctio realis. Inferius namque est disputandum, vtrum activa spiratio distinguitur re à paternitate aquæ filiatione, quibus relatiæ non opponitur, ostendendum est ab eis non distinguuntur.

Relations quædam di-
versualiter
inter se dis-
tinguantur.

Conclusio affirmat, est que de fide. Etenim fides docet personas diuinæ inter se re distinguuntur: distinguuntur autem proprietatibus personalibus, iuxta illud Concilii Lateranensis, capite Firmiter, de summa Trinitate & fide Catholica. Hæc sancta Trinitas secundum communem ejusdem individua, & secundum personales proprietates discretæ, ergo proprietates personales, quæ eadem sunt diuinæ relations, inter se realiter distinguuntur. Præterea in epistola Sophronij, quæ in 6. Synodo actione ii. refertur, & à Concilio tamquam orthodoxa sufficitur actione 15. Cùm latè Sophronius ostendisset, tres personas diuinæ esse unum Deum, & nihilominus inter se distinguunt, addidit: *Hoc quidem (nempe esse Deum) propter naturam & identitatem substantie, & cognitionem* **E**ssentie, *sicut vero propter alteritas harum trium proprietas proprieque dissimilitudinem proprietatum, que inconfusa vñquamquamque figurant personam. Sicut ergo esse Deum vñquamquamque inconveniibiliter possit, ita & proprietatem per quam ipsa persona figuratur, immutabilem & immobilem obtinet, quæ idem soli est in sua ab ipsis aliis personis eam discernit.* Hæc Sophronius. Cum ergo proprietates personales non aliud sint, quænam relations diuinæ: fit, ut personæ diuinae relationibus distinguantur, ac proinde, ut relations distinguuntur re inter se. Item Concilium Tolestanum, undecimum in confessione fidei de personis diuinis sic loquitur: *Cum relatione tris personæ dicantur, una tamen naturalis substantia creditur.* Et paulò inferius: *In relatione personarum numerus certiatur.*

D. Thomas in argumento, sed contra, conclusio-
nem eamdem confirmat illo pronunciatu, quod
Scholastici Doctores ex Boetio de Trinitate sum-
pserunt: *substantia in diuinis continet unitatem, rela-*
tio vero multiplicat Trinitatem. Quare si in diuinis re-
lations non distinguueretur re ab inuicem, sanè non

Molina in D. Thom.

A effet Trinitas realis personarum, sed rationis, quod est error Sabellij.

In corpore vero articuli in hunc ferè modum argumetur. Quando aliquid tribuitur alicui, tribuenda illi sunt ea, quæ sunt de ratione rei attributa: sed de ratione relationis est, ut sit respectus unius ad alterum, secundum quem illi alteri opponitur relatione: cum ergo Deus tribuantur relationes reales, quibus se mutuo persone reipsa respiciunt: sit, ut inter huiusmodi relations concedenda sit oppositio relationis: sed relationis oppositio relationum realium suo iure efflagitat distinctionem realem: ergo inter relations diuinæ distinctione realis concedi debet. Quando D. Thomas hoc loco docet, oppositionem relationum realium ex sui ratione exigere distinctionem realem, loquitur de oppositione relationis sumpta fundamentaliter pro ipsiusmodi relationibus realibus, quæ inter se opponuntur: non vero pro relatione oppositionis, quæ in eis fundatur, & à qua formaliter dicuntur opposita. Hæc nāque, ut apud Aristotelem dictum est, relatio est rationis, non vero realis.

DISPUTATIO II.

Exponitur principium illud: Quæ sunt eadem vni tertio, sunt eadem in ter se.

PRIMUM argumentum Dñi Thomæ hoc loco eiusmodi est: *Quæ sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se; sed relationes diuinæ sunt idem re cum essentia diuina: ergo non distinguuntur realiter inter se.*

Varij sunt modi huius argumenti, satisfaciendi. D. Thomas hoc loco respondet, *principium illud in maiori propositione assumptum intelligi debere de iis, quæ re & ratione sunt eadem vni tertio, eo modo quo tunica & indumentum re & ratione identiter atque habent: non vero de iis, quæ ratione distinguuntur.* Nam Aristoteles 3. Physicorum affirmit, actionem & passionem esse idem cum motu, nec tamen idem esse inter se: eo quod à motu ratione distinguuntur, cùm in actione inuoluatur respectus, ut quo est motus in mobili, in paffione vero respectus ad id, in quo recipiatur. Quare, inquit D. Thomas, licet paternitas & filiatione sunt idem re cum essentia diuina: quia tamen in suis propriis rationibus formalibus important respectus oppositos, nullum est absurdum, quod ratione eiusmodi respectum distinguuntur re inter se.

Dubium vero est, quid D. Thomas in expositione illius principiū intelligat nomine *cōtum*, quæ sunt eadem re & ratione. Vtrum videlicet sola synonyma, ut in exemplo de tunica & indumento videatur innuire: an aliquid aliud. Si namque sola synonyma intelligat, profecto syllogismi omnes expostorij, qui ex illo principio vim accipiunt, corruebunt. Id quod vel inde facile probatur: quoniam, qui in terminis synonymis conficeretur, probatuum non essent, sed in eis peteretur principium: qui vero ferent in alijs terminis, non essent legitima consequētia: quippe cūm, iuxta hanc expositionem D. Thomæ, quād termini non sunt synonymi, id principiū, cui innituntur, neque vim, neque veritatem habeat.

Torres hoc loco censet, principium illud iuxta sententiam Dñi Thomæ, quam amplectitur, intellegendum esse solum in terminis synonymis: idcirco quia in eis solis sit vniuersum verum. Ad obiectiōnem vero de syllogismis expostorii, quam idem auctor excitat, nihil respondet. Alium quoque tradit expositionem, quæ vult, ut per ea quæ sunt

M. n. 2. cadem

Refellitur. cadem re & ratione, intellexerit D. Thomas, quæ ita sunt eadem re, vt non habeant oppositas rationes formales se inuicem excludentes. Nominis vero eorum, quæ sunt diuersa ratione, intellexerit, quæ habent rationes formales oppositas se inuicem excludentes, vt habent actio & passio, paternitas & filiatio.

Verum hic satisfaciendi modus non est probabilis. Tum quia plus iusto arctat principium illud, quod, esto longe plus extendatur, cuius est in lumine naturali. Tum etiam quoniam iuxta expositionem traditam artis syllogistica magna ex parte eneruntur. Tum vel maximè quoniam in rebus creatis nulla afferunt instantia, neque credo affiri potest, quia ostendas, quæ sunt re eadem vni tertio singulari, non esse cadem re inter se, & quæ ratione formali sunt eadem vni tertio singulari, non esse etiam cadem ratione formali inter se: sed peculiare id est in venerando mysterio altissime Trinitatis, vt quæ sunt eadem re, & ratione formali vni tertio singulari, non sint eadem vel re, vel ratione formali inter se: idque propter quod in solo Deo, ob ipsas infinitatem, actualitatem, illimitationem, & simplicitatem, detur aliquid unum numero commune per identitatem realē & formalē multis, quæ ab illo communi sunt solum virtute distincta, inter se vero propter relatiūm oppositionēm re & ratione formali distinguntur. Ut autem hoc in Deo repertiri est, non quidem contra, sed supra lumen naturale intellectus cretī: ita, quod in Deo aliqua, quæ sunt eadem re, aut ratione formali vni tertio singulari, non sint simili modo eadem inter se, est sane, non contra, sed supra lumen naturale intellectus.

Principium illud in rebus creatis vniuersum esse vniuersum verum probatur. Quod autem principium illud: quæ sunt eadem vni tertio singulari, sunt eadem inter se: vniuersum verum sit in rebus creatis, siue sit sermo de identitate reali siue de formalis, neque vlla afferatur instantia, probatur. Tum quoniam si lumen intellectus confulas, sane nec minus euidentis, nec minus primum principium est, quam illud mathematicum, quæ sunt equalia vni tertio, sunt equalia inter se, de quo nullus dubitabit, & euidentis esse, & esse primum principium. Tum etiam quoniam si instantia aliqua afferatur maximè esset ea, quam in actione, passione, & motu Diuus Thomas ex Aristotele 3. Physicorum adducit. At nos in eum locum perspicue, nō fallimur, ostendimus, Aristotelem solum voluisse, docuisseque, actionē & passionē esse idem re cum motu, distinguere vero à motu formaliter: cō quod ex natura rei actio & passio reperiuntur, & quasi fundentur in motu, & nihilominus sint rationes formales distinctæ, tam à motu, quam inter se. Continua namque acquisitio formæ est formalis ratio motus: esse vero ab agente quod quasi radicatur, repetiturque in acquisitione ipsa formæ, est ratio actionis: recipiatur in passo, est ratio passionis: vt autem actio & passio sunt idem re cum motu, ita sunt idem re inter se: vt vero distinguitur familiariter à motu, ita etiam inter se: quare non datur instantia in actione & passione cōparatione motus. Indo esto quis dicat motum esse de intrinseca ratione actionis & passionis? (quod tamen non dubito esse falsum) nulla datur instantia. Argumentor enim in hunc modum. Esto ratio formalis motus includatur intrinsecè in ratione formalis actionis: ratio tamen actionis non dicit nudam rationem formalē motus, sed superaddit aliquid reale vel respectuum, vel absolutum, quod nullus negare potest distinguere ex natura rei, atque adeò formaliter à ratione formalis motus: similiisque modo argumentabor de passione: sicut ergo actio & passio communicant in ratione

Actio & passio quatenus inter se, & à motu à singulari. Tum quoniam si instantia aliqua afferatur maximè esset ea, quam in actione, passione, & motu Diuus Thomas ex Aristotele 3. Physicorum adducit. At nos in eum locum perspicue, nō fallimur, ostendimus, Aristotelem solum voluisse, docuisseque, actionē & passionē esse idem re cum motu, distinguere vero à motu formaliter: cō quod ex natura rei actio & passio reperiuntur, & quasi fundentur in motu, & nihilominus sint rationes formales distinctæ, tam à motu, quam inter se. Continua namque acquisitio formæ est formalis ratio motus: esse vero ab agente quod quasi radicatur, repetiturque in acquisitione ipsa formæ, est ratio actionis: recipiatur in passo, est ratio passionis: vt autem actio & passio sunt idem re cum motu, ita sunt idem re inter se: vt vero distinguitur familiariter à motu, ita etiam inter se: quare non datur instantia in actione & passione cōparatione motus. Indo esto quis dicat motum esse de intrinseca ratione actionis & passionis? (quod tamen non dubito esse falsum) nulla datur instantia. Argumentor enim in hunc modum. Esto ratio formalis motus includatur intrinsecè in ratione formalis actionis: ratio tamen actionis non dicit nudam rationem formalē motus, sed superaddit aliquid reale vel respectuum, vel absolutum, quod nullus negare potest distinguere ex natura rei, atque adeò formaliter à ratione formalis motus: similiisque modo argumentabor de passione: sicut ergo actio & passio communicant in ratione

A formalis motus, & ab ea distinguntur formaliter, quoad id quod supra illam addūcitur inter se partim sunt idem formaliter, nempe quoad rationē formalē motus, in qua comunicant, & partim distinguntur formaliter, quoad respectus, quos addunt: quanta ergo est idētas realis, per formalis actus & passionis cum motu, tanta est virtusque inter se.

Alij ad argumentum propositum respondent. *Alia sufficiunt principia ex illa.* *Quæ sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se, posita illa eadem identitatem, quæ sunt eadem in illo tertio, non vero aliqua alia. Quare, inquit, cum relationes divine, paternas videlicet & filiationis, sunt idem cum essentialitate & singularitate, solim sequitur paternitatem & filiationem esse idem essentialiter inter se, aut esse idem in ratione essentiali divina, quod est verum: non vero sequitur, esse idem inter se identitatem relativa, hoc est, secundum esse relatum seu quatenus relationes sunt. Hec expositus est Diu Thomas in 1. dist. 33. quæst. 1. art. 1. ad secundum, eam ait Caietanus hoc loco germanam esse, amplectiturque Scotus in 1. dist. 2. quæst. 7. ad primum quoddam argumentum, & subscribunt plerique alij. Quidam ex eis addunt, syllogismos expositorios ex hoc principio ita intellectu habere vim.*

Hic etiam modus satisfaciendi argumento proposito, exponendique principium illud, non placet. Primo, quoniam, vt vñus docet, in syllogismis, siue illi expositorij sint, siue non, non colligitur maius extremum esse idem cum minori illa eadem identitatem præcisè, quia sunt idem cum medio, sed absolute maius extremum conuenire, aut non conuenire minori extremo propter connexionem, quam vtrumque extremum habet cum medio in premisis. Secundo, quoniam cum conclusio esse debeat aliud quid ab iis, quæ posita sunt, vt Aristoteles lib. 1. de priori resolutione docet, sicut in syllogismorum conclusionē non colligitur illa eadem identitas extremonum cum medio, quæ posita erat in premisis, sed absolute colligitur identitas, seu connexionem extremonum inter se propter identitatem seu connexionem eorum, cum medio in premisis. Tertiò, quoniam ea expositus plus iusto principium illud coeat: & cum, vt paulo ante ostendimus est, in rebus creatis, sit vñiusmodi verum euidentisque in lumine naturali talen esse identitatem realē, aut formalē aliquorum inter se, qualis est corundem cum aliquo tertio singulari, possitque adduci exemplum in definitione physica, & metaphysica Socratis comparatione ciuidem. Socratis: solutendum alter restat argumentum propositum, reddique deber peculiaris ratio ob quam in diuinis, cum Pater & Filius secundum suas peculiares rationes formales relatiūm sint idem re & ratione formali cum essentiali divina, quæ est vna numero, non sequatur esse idem re & ratione formali inter se secundum suas proprias rationes formales relatiūm.

Est tertius modus satisfaciendi argumento proposito, exponendique principium illud, quem amplexuntur Durandus in 1. dist. 33. quæst. 1. Capitulo dist. 2. quæst. 3. & quidam alij, quos sequor. Vide licet principium illud intelligendum esse, de identitate cum aliquo tertio singulari incomunicibili: quo pœdō intellectum est vñiusmodi verum, tam de identitate reali, quam formalis, & tam in rebus creatis, quam in increatis: intellectum vero vñiusmodi de quocumque individuo siue illud communicabile sit multis, siue non, est principium pseudographum: non fecit atque hoc, omnes linea dicitur ab eodem puncto ad idem punctum sunt equalis, si intelligatur tam de rectis

Legitima
principia
potest, ergo
mentis, p.
m.
n.
h.

rectis quam de obliquis, ut patet, quia chordæ & arcus sunt lineæ ductæ ab eodem puncto in idem punctum, & sunt inæquales.

Ratio autem quæ principium illud sit ita intellegendum, hæc est. Quoniam quemadmodum ex identitate reali duorum cum aliquo tertio communii, ut Socratis & Platonis cum homine, non sequitur identitas illorum inter se: eo quod neuter illorum sit idem adæquate cum illo communii: ita ex idætate reali, aut formalis aliquorum duorum cum aliquo singulari communii multis communitate reali, seu abique aliqua sua divisione: non sequitur identitas realis, aut formalis illorum inter se: quia neutrum est idem adæquate cum illo individuo communii multis, ut art. precedente disp. 6. dictu est. Ut enim non sequatur identitas realis, aut formalis duorum incomunicabilium inter se ex eorumdem idætate cum aliquo tertio, perinde est tertium illud commune esse communitate reali, ac communite solùm rationis: eo quod quocunque modo sit commune, neutrum incomunicabilem est illi idem adæquate. Quare sicut hæc consequentia nulla est: *Socrates est idem re cum homine: ergo Plato est idem re cum Socrate: ita hæc consequentia est nulla.* Pater seu paternitas, est idem re & ratione formalis cum essentia diuina. Filius, seu filiatio, est idem re & ratione formalis cum eadem essentia diuina. ergo sicut idem re est ratione formalis inter se.

Ex hoc principio sic intellecto, sumptuque idætate latius, quantum sat is est, ut prædicatum verè tribuatur subiecto forma namque re & ratione formalis distincta à subiecto, verè illi tributur significata in concreto, eo quod quoad connotatum, significatumve materiale, sit idem cum subiecto) vim habent syllogismi expositorii: solùm enim valent, quando idem numero non est communicatum multis, vel suppositis, vel subiectis, quæ de se inuitæ non prædicantur, ut regulariter non solet esse communicatum. Quod si idem numero sit multis, vel suppositis, vel subiectis communicatum, non valet consequentia. Vnde si Deus de potentia absoluta collocaret simul eamdem numerò albedinem in Socrate & Platone (quod naturæ lumen indicat non inuolueret contradictionem) hæc consequentia nulla est: *Socrates est hoc album: Plato est idem numero album: ergo Plato est Socrates.* Quia etiam idem numero intellectus, & eadem numero intellectio naturaliter est simul in Socrate, & in sua anima, hæc consequentia est nulla: *Socrates est hoc intelligens: anima Socratis est idem intelligentia: ergo Socrates est sua anima:* neque est aliud virtutum in utroque syllogismo, nisi quod medius terminus, licet sit quid singulare, est tamen simul communicatum multis, saltem partialibus subiectis, de quibus verificatur: cum tamen illa de se inuitæ non verificantur.

DISPUTATIO III.

Modus discernendi sophismata & veris syllogismis in terminis diuinis.

Ars syllogistica non innititur huic principio: *Quaecunque sunt eadem re aut ratione formalis uniterio, sunt eadem inter se.* Ad eam enim non requiritur identitas realis, aut formalis maioris & minoris extremiti cum medio: sepe namque predica verarum propositionum, quæ in syllogismis affluntur, re & ratione formalis distinguuntur à subiectis, ut patet in hac, *homo est album, & multò magis in his, ignis calefacit, Deus confervat,* quæ sunt verae Molina in D. Thom.

A denominatione extrinseca à calefactione, quæ suscipitur in aqua, & à confectione, quæ subiectum rebus crearis. Identitas ergo extremitum cum medio, quæ requiritur, ac spectatur in syllogismis, est identitas, quæ sufficit ad veritatem propositionis, qualis a nobis explicata est super Porphyrium, nempe ut prædicatum & subiectum, vel ratione eorum, quæ significant formaliter, vel ratione eorum quæ concernunt, aut connotant, sunt idem, quantum sit est, ut prædicatum conueniat subiecto. Quare principium a quo vni accipiunt syllogismi recte inferentes conclusiones affirmantes, est hoc: *quacunque*

A 310 principio vim habent legitimam syllogismi, quorum conclusiones affirmant.

B que extrema certis quibusdam modis connectuntur, sunt ut idem cum medio, identitas quæ sufficit ad veritatem enunciationis, certo etiam quodam modo connectuntur, sunt ut idem inter se. Modi autem illi certi, quibus extrema connecti debent cum medio termino, sunt qui traduntur ab Aristotele i. libro de priori resolutione, dum modos viles cuiusque figura explicitantur.

Aristotelis tamen dicta, licet absolute vera sint, in primis tamen intelligi debent, dummodo medium comparatione utriusque extremiti sunatur eodem modo: alioquin consequentia nulla erit, consurgentque variae fallacie, quæ vitiosam eam redent, quales sunt æquivocationis, amphibologia, compositionis, divisionis, accentus, accidentis, &c. In his enim omnibus cernitur diversitas in medio comparatione extremitum. Ut in fallacia accidentis, quæ in studio nostro magis inseruit, unum extrellum conuenit medio ea præcisa ratione, qua medium aliquo modo distinguitur ab altero extremo, rursumq; medium conuenit alteri extremo ea ratione, quæ aliquo modo sunt idem, quod est medium non eodem modo sumi comparatione utriusq; extremiti.

C *Sunt deinde intelligenda dummodo medium, quando uniuersum sumitur comparatione alicuius extremiti, distributatur completere, pro omni felice, cum quo potest esse idem identitate, quæ sufficiens sit ad veritatem propositionis. Hoc namque modo intelligendum est quod dici solet in forma syllogistica, medium debere sumi uniuersum comparatione alicuius extremiti. Etenim si medium solùm distribuatur incompletè, argumentum erit ex puris particularibus, ac prouide viriosa erit consequentia. Ut si dicatur: Omne animal fuit in arca Noe (animali distributo incompletè pro generibus singulorum) diuus Per truse est aliquid animal: ergo fuit in arca Noe.*

D Quo loco animaduertendum est, aliquando nomine distribui non posse completere, eo quod significatum illius verificetur de aliquo, aut de aliquibus, pro quibus tale nomen non supponit, aut aliqua alia de causa. Verbi gratia, hoc nomen *essentia diuina*, distribui non potest completere. Ratio est, quia cum sit abstractum, non supponit pro suppositis, de quibus tamen ipsius significatum verè enunciatur. Atque hoc appellant antiqui Theologii, non posse distribui in termino, potest tamen distribui complete extra terminum, tunc videlicet alium terminum, seu nomen, quod commune sit in significando, silentio diuina, & suppositis, quale est hoc nomen, res: ut si dicas, *omnis res quæ est essentia diuina*, tunc enim essentia diuina distribuitur cōplete, extra terminum tamen.

E Notandum præterea, in syllogismis expositoriorum constantibus medio termino singulari, Ex eo optimam esse consequentiam, quod cum singulare regulariter non sit commune multis, quæ inter se non verificantur, habet instar uniuersitatis cōplete distributionis. Quare si detur aliquod singulare commune multis, identitate, de qua nunc loquimur, quæ tamen

Syllogismi medium quo pado sumi debet ut firma sit ratio colligendæ.

Medium distribui ex tra terminū cōplete quid sit.

Syllogismus expositorius cur sit bona consequentia.

multa inter se non sint idem eadem identitate, utique syllogismus constans tal' medio termino erit viciosus, nisi medium in termino, aut extra terminum complete distribuatur: erit namque syllogismus ex puris particularibus ex parte medijs termini, quod constat esse maximum in syllogismo vitium.

Syllogismi
quibus nega-
res conclu-
siones inse-
rviantur unde
vim habeat.

Illud postremo est addendum, in syllogismis colligentibus conclusiones negantes, siue hi syllogismi expositorijs sint, siue non, ex certa non identitate medij termini cum altero extremito, vel in toto, vel in parte, colligi non identitatem eiusdem extremi cum altero extremito, quod cum medio in toto, aut in parte est idem, ut ex modis vitilibus syllogismorum inferentium conclusionem negantem est manifestum.

Ex dictis facile colliges, hanc consequentiam nullam esse: omnis essentia diuina est Pater: Filius est essentia diuina ergo Filius est Pater. Est enim syllogismus ex puris particularibus, eo quod medium non distribuitur complete. Est vero valida, si medium in maiori propositione distribueretur complete, dicereturque, omnis res qua est essentia diuina est Pater: at tamē tunc maior estet falsa, quia Filius est res, qua est essentia diuina, & non est Pater. Eodem viro laborat haec alia consequentia: haec essentia diuina est Pater: haec essentia diuina est Filius: ergo Filius est Pater. Etenim licet medium sit res singularis, est tamen communis multis, nec completam habet distributionem, ut patebit aduertenti. Propter eundem defectum haec ratiocinationes nihil valent: omnis Deus est Pater: Filius est Deus: ergo Filius est Pater. Hic Deus est Pater: hic Deus est Filius: ergo Filius est Pater. Licet enim concretum, Deus, aut, hic Deus, supponat pro personis: quia tamen est res singularis, neque dividitur in illis, distributio non fertur supra personas, sed supra naturam significatam in concreto, qua est unicum individuum reali communitate tribus suppositis commune. Verum de hac re fusior erit sermo in sequentibus. Ex eodem defectu haec consequentiae nihil valent: spiratio activa est paternitas: spiratio activa est filiatione: ergo filiatione est paternitas: omnis spirator est Pater: Filius est spirator: ergo Filius est Pater. Spiratio namque activa est individuum quoddam idem re & actione formalis cum paternitate & filiatione, solum virtute ab eis distinctum, atque adeo commune illis per identitatem: in nullaque premissarum distribuitur complete. Essent vero optimae consequentiae si medium distribueretur in illis complete, dicereturque in maiori: omnis res, qua est spiratio activa, est paternitas: aut, omnis res, qua est spirator, est pater: sed tunc propositiones efficiunt falsa. Eodem viro laborat syllogismus ille, quem disputatione precedente in rebus naturalibus confecimus: hoc intelligens est Socrates: hoc idem intelligens est eius anima: ergo anima est Socrates. Qui iuxta modum à nobis explicatum emendari posset.

Syllogismo-
rum in ter-
mino diuinis
varij defi-
nitio vnde.

Ex dictis etiam licet colligere has, & similes consequentias nihil valere, cum in eis committatur fallacia accidentis: Filius non est Pater: Filius est essentia diuina: ergo essentia diuina non est Pater. Filius differt à Patre: Filius est essentia diuina: ergo essentia diuina differt à Patre. Pater generat: Pater est essentia diuina: ergo essentia diuina generat. Filius est genitus: Filius est essentia diuina: ergo essentia diuina est genita. Intellectus in Deo est principium Filii: intellectus in Deo est voluntas: ergo voluntas est principium Filii. Quod vero in his omnibus consequentias fallacia accidentis committatur, ex eo est manifestum, quoniam Filio conuenit non esse Patrem, differre ac distinguiri à Patre, ut ratione ac virtute distinguitur ab essentia diuina: quare si, propter identitatem quam habet cum essen-

Artic. iv. Disput.j.

A tia diuina, velimus essentia illa eadem tribuere, in fallaciā accidentis incidemus: ac si conficeremus has argumentationes: Socrates est individuum: Socrates est homo: ergo homo est individuum. Socrates non est species: Socrates est homo: ergo homo non est species. Generare etiam conuenit Patri, & esse genitum Filio, ut ratione ac virtute distinguitur ab essentia: quare si propter identitatem, quam cum eadem essentia habent, illud idem tribuere velimus essentia, accidentis fallacia committetur. Simili modo, esse principium Filii, conuenit intellectui, ut ratione ac virtute distinguitur à voluntate: quare si propter identitatem realem & formalem, quam voluntas habet cum intellectu, velimus id voluntati accommodare, accidentis fallaciā incurremus.

ARTICVLVS IV.

Vtrum in Deo sint tantum quatuor relationes reales.

DISPUTATIO I.

ONCLVSI O affirmat, qua cum exclusua sit, duas habet exponentes, quarum prima, qua dicit, in Deo esse quatuor relationes reales, est tam certa, ut non dubitem contrarium appellare errorem in fide: in sensu tamen vero, quem dabbimus inferioris. Quod ad posteriorem vero attinet, videlicet in Deo non esse plures relationes reales, quam quatuor, est controversa, ut questione 42. est examinandum.

Conclusionem probat D. Thomas hoc loco, quoniam omnis relatio realis fundatur (intellige, tamquam in ratione fundandi) in quantitate, vel in actione, aut passione ex Aristotele, Metaphysica cap. 15. sed in Deo non est relatio realis, quia fundatur in quantitate: eo quod in Deo non sit quantitas: neque qua fundatur in actione, aut passione ad extra: quippe cum relatio Dei ad creaturas, quae ex huiusmodi actione tamquam ex ratione fundandi resultat, non sit realis ex parte Dei, sed rationis, ut quest. 13. art. 7. dictum est: ergo relationes reales, quae sunt in Deo, fundantur solum tamquam in ratione fundandi in actione ad intra, secundum quam est processio in diuinis. Quare cum in Deo sit duplex tantum processio, ut in superioribus est habitum, una secundum actionem intellectus, que est processio Verbi, & propriamente dicitur generatio: alia secundum actionem voluntatis, que est processio amoris: secundum quamlibet autem processiones sunt duas relationes reales oppositae, una procedentes à principio, altera principij à quo procedit: sit ut in Deo sint tantum quatuor relationes reales: duas secundum processionem intellectus, quarum una dicitur paternitas, & alia filiatione. Etenim relationes principij, à quo est generatio propria viventibus, paternitas dicitur: relatio vero eius, quod per generationem est à tali principio, dicitur filiator & duæ aliae secundum processionem amoris, quæ nomine carent: quemadmodum & ipsa processio (intellige, in sensu questione precedente articulo 4. in response ad tertium explicato.) Appellatur vero relatio principij, à quo est talis processio, spiratio activa: relatio vero procedentis à tali principio dicitur processio, aut spiratio passiva. Tamen nomina haec commodius applicentur ad significantiam processionem ipsam significatam per modum actionis & passionis, quam ad significandas relationes ipsas per modum relationis. Quo loco animad-